

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Peter Pechlin Reimar Leo

**Disputatio Ethica De Iusticia Et Iure : Affinibusq[ue] materiis, quibus Aristotelis
liber quintus integre absoluitur**

Rostochi[i]: Pedanus, 1615

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729140806>

Druck Freier  Zugang



P. Pochlin
R.U. phil. 1615.

Disputatio Ethica

8.

D E

JUSTICIA
ET IURE

76.

Affinibusq; materijs, quibus Aristotelis liber quin:
tus integrè absolutur.

Quæ

D. A.

In celeberrima ad Varnum Academia, cum
censu facultatis philosophice

PRÆSIDÈ

M. PETRO PECHLIN
Rost. S. S. Th. Stud.

RESPONDENTE

REIMAR OLEONE
Wilstiens. Holst.

Dnn. Collegis ventilanda proposita eis

16. Nov. loco, horisq; consuetis.



ROSTOCHI

Typis Joachimi Pedani, Anno 1615.





Disputatio Ethica

D E

IVSTICIA ET IURE

Videndo ex Aristotele 1. de Justitia tam legali, seu Universali
de qua breviter: quam Justitia particulari de qua paulo fusiis. 2.
de Medio justitiae distributivae. 3. Justitiae commutativae. 4. quo-
modo errorem excludat circa Medium. 5. De jure & ejus ad-
juncto. 6. de aequo & bono, ejusq; contrario, deniq;
de questionibus annexis circa hanc
materiali.

PROEMIVM.

Multa hic quidem possent, etiam à scopo
non aliena, de aurea hac virtute JUSTI-
TIA, quæ multis apud multos elegantibus
epi theis illustrata invenitur & à
Johann. Mag. l. s. in Arist. c. i. & alijs
ornatur, dici, nisi cujnsdam monitu di-
sputantes, non orantes nos consideraremus; nihil enim
tam instituto philosophico repugnat, quam oratio se-
sam q. spa sa, & ex mellitis verborum contexta glo-
bulis. Apertam enim esse decet, brevem & perspi-
cuam disputationem. Attamen, sicui Justitiae imago
modulis coloribusq; eleganter descripta placet, justitiae
inquam imaginem, qnam satis graphicè, ejusq; os, ocu-
los, vultumq; severis atq; venerandis verborum tinctura

A 2

prin-

princeps stoicorum Chrysippus, referente C. I. 14.
c. 4. efformavit, lectione repeatæ. Nos propositi te-
naces, cum disputationem brevem & perspicuam debe-
re esse dixerimus. Ideo breviter etiam nobis & perspicuè
agendum, quod agendum.

THEISIS I.

I. Quorum hactenus in hoc privato nostro Ethices tyrocinio
legimus vestigia, ea constantes ad huic secuturi, G. Donaldso-
nia legali non nos manu ducente, tenorem ipsius philosophi insistemus cum
& parti quo librum s. moralium Nicomachiorum brevi filo & cursim
eulari. q. perlustrabimus.

2. In aditu autem statim Iustitiae ambiguitatem presin-
damus, ut omni aqui vocatione liberetur, ne cum multitudine,
qua nescit distinguere, sed indeinde accipit res, ut sibi appa-
rent, confirmante Acc. in 19. l. Aristotelis, erroris in qui namen-
to implicemur.

3. Non enim hoc loco de justitia acturi sumus equivocâ,
qua etiam de iuris prædicatur teste Aelian. de animal. c. 8. per-
bibente authore nostro p. 218.

4. Nec de justitia Theologica, quævis ei haut à φαίνεται
sit opposita, cum objecta Theologia & philosophia non sint contra-
ria, & idè virtutes philosophice, de quibus nos hactenus, non
opposite bonis operibus Theologicis, ita tamen ut omnibus causis
distinguuntur, de quibus quivelit consulat Theologos nostros.

5. Nec de eâ, unde persolventes defunctis justa, justi di-
cuntur: Neg. que inter prædones certitur indistributione pre-
de equali, de qua Cic. 2. offic.

5. Quomodo apud Veteres dies justi dicebantur & unde
vid. A: Gell. l. 20. c. 1. in naçt. Att.

7. Sed de eâ tantum justitia dicturi, que à philo-
sopho l. s. c. 1. dicitur habitus, ex quo ad agendas res justas
homi-

mines idonei efficiuntur. i. m. i. s. a. n. t. a. l. u. n. g. a. g. r. a.

8. Estq; hac justitia propriè dicta vel Universalis, quæ jam definita est, secundum quam quilibet justus dicitur, qui leges cuiusvis civitatis observat, vñpius:

9. Vel particularis; quam qui observat ἀνοικα dicitur aequalis ab Aristotele, aequalitatem servans indistribuendo bonis, de qua infra in specie.

10. De injustitia etiam ἀμφιβολία accepte, quod modò de justitia ipsius dictum, que vi oppositorum ejusdem sunt discipline t. philosopho 4. Met. intellige materialiter, limitante Beda ax. phil. m. p. 173.

11. Injustus autem dupliciter esse potest. 1. Legum transgressor καιρόνες 2. Specialiter ἀνοικα inegalitatis, seu iniquus κλεορέντη plurim possidens, quam ipsi debentur.

12. Adjustitiam revertentes de objecto ejus dicemus & quidem Universalis, universaliter, quod est actiones omnium virtutum ac legum t. a. n. p. 218.

13. Et propterea universalis dicta, vñpius legalis, quæ in se continet omnes virtutes morales probante id Phil. c. 2. & 3. cuius ratio syllagismo includi potest h. p. Si is qui contra leges facit est injustus: Ergo is qui legibus obtemperat est justus. At prius est. Ergo & posterius. Et per hoc, que legibus præcipuntur sunt justa, & legum observatio est quedam justitia. Plures rationes colligi possunt ex Philos. d. l. cap. 2.

14. Prudenti ergo consilio ab Aristotele hic pertractata, ne quis videlicet, sibi soli & inocculto viveret temperanter, fortiter, liberaliter, & sic deinceps, sed ut & alijs eum vivendi modum verbis & factis exprimeret, adeoq; cum ipsis eum, si posset, communicaret Urs. quast. illust. Phil. disput. 9. qu. 2. Eth.

Reliqu. virtutes non minus etiam praecant actiones morales, non tamen propriea idem te putas sed omnino specie distinctum: non enim in conversationibus occupantur erga alios, vel aliorum erga nos: in quibus verbis est specifica differentia: Et reliqua virtutes dicuntur objectum hujus justitiae Universalis, sed tamen imperativum tantum seu cui imperatur.

16. Prescribit enim hec justitia omnibus reliquis virtutibus viam & moderamen aliquod, secundum quod agere debeant vid. Phil. c. 3. egregie Justitiae & aliarum virtutum differentiam notantem.

17. Hinc facile quanta sit hujus præstantia, ultrò apparet, sive cum quavis virtute alia, sive etiam cum justitia particulari comparetur. Ex hac enim una virtute, inquit Cic. 2. off. viri boni (nostro idiomate Ein aufrichtiger Man/ oder Beyderman q. Beyderman utriq; parti eque favens, non sibi plus quam alteri tribuens) appedantur.

18. Hinc, inquam, justitiae consurgunt laudum encomia, que vid. apud Philosophum, Johann. Mag. Stob. Giph. Acciaio.

19. Ex dictis hactenus distributionem sine labore cognoscis in Universalem seu legitimam, & particularem justitiam, que est divisio partium subjectarum Conn. diss. 9. q. 1. a. 2.

20. Ad particularem a. quā intimius cum philosopho videbimus, ab Universali discedentes transibimus.

21. Primum autem queritur à philosopho c. 4. An sit aliqua justitia particularis, quæ diversa sit ab Universali & à reliquis virtutibus. 2. Quæ sit ejus σχεσις, affectio & habitudo ad Universalem justitiam. Et 3. quotuplex hec dicatur justitia particularis.

22. Questionem primam quod attinet, eam affirmative
con-

...ncedendā suadet inventio differentiae ipsius philosophi, probata
ex ejus contrario ut pote netiore, in iustitia vid. idq; trilus ar-
gumentis ab Aristotele propositis, à Johann. Mag. syllogistice col-
lectis, que cum ibi c. 2. introspicere licet, nobisq; tantum de justi-
tia breviter adferere animus est ad secundam properemus qua-
stionem.

23. Habet autem sese ita hæc adjustitiam Universalem
ut partes ad totum, probante itidem philosopho à contrario vid.
in iusticia c. 4.

24. Est enim Universalis in iustitia q. totū sub se comple-
ctens omnia, quæ sunt in aequalitate hoc est contra leges, seu omnia
in justè facta, quocunq; alias nomine soleant appellari.

25. In iustitia vero particularis non dicitur de omni in-
justo facto, sed tantum de iniqua bonorum externorum distribu-
tione aut commutatione, in qua non est servata iusta & equali-
tas pro ratione & dignitate, aut estimatione personarum
& rerum vid. Mag. d. l. ulterius hoc declarantem.

26. Quamvis autem hinc de iustitiae Particularis na-
tura facilis sit subsumissio, eam tamen ex a. n. p. 219. ita defini-
re subet.

27. Justitia Parricularis est virtus indistributione ac
communicatione rerum mediocritatem servans.

28. Constructe quoq; definitionis breviter membra re-
soluere, eaq; declarare, fas est.

29. 1. Itaq; de genere, quod est Virtus: Unde vider-
mus hanc esse propriè iustitiam, quæ specialem virtutem con-
stituit, quaq; hic nobis consideranda venit.

30. 2. Differentiæ locum implet hæc verba rerum
externarum distributio, ac communicatio.

31. 3. Objectum est res exteruæ, actiones distribu-
ere, vel communicare a. n. p. 219.

32. 4.

32. 4. Finis. *Æ*qualitatis in distributionē vel
communicatōe obseratio.

33. *Iustitie* huic Particulari cūm in excessu, tūm in
defectu opponitur *Injustitia* Particularis.

34. Nomen quidem unum utriusq; extremi, res tamen
duplex. Constat enim quandoq; *injustitia* exercetur, dum uni
plus equo datur, alteri minus aequo distribui atq; ita & in
excessu & in defectu peccatur secundum a. p. 219.

35. *Injustitia* Particularis est vitium in rerum exter-
narum distributione & communicatione mediocritatem violans.

36. Hanc Philosophus l. s. cap. 2. *ἀνορτα* ineqali-
tatem appellat, ab *injustitia* Universali in eo differentem, quod
illa sit omnium legum seu virtutum violatio, hec tantum in sola
externarum rerum inequali distributione vel communicatione
appareat, exempla vid. in aut. p. d. arist. c. 4.

37. Ad investigandam *jusitiae* particularis naturam, u-
titur divisionis organo, quia non una barum est ratio, neq; in ijs-
dem planè versantur rebus: Et primum quidem de materia,
postea de forma seu Mediocritate.

38. Est autem *justitia* particularis vel distributiva, vel
commutativa.

39. *Iustitia* distributiva διαρεμένη, est *justitia* parti-
cularis in distributione rerum externarum pro ratione dignitatis,
personarum, & *equalitatis* rerum singulis pro suo merito tribu-
ens Donalds. p. 221. Mag. 446.

40. Res externe inter plures dividenda, que objecti lo-
cum representant, sunt duplices: Honores, quales Magi-
stratus & dignitates, victus publicus signa corone, & id genus
alia honorum genera: Res, quo in genere, pecunia, agri, vi-
næ, Giph. c. 2. l. 5.

41. Horum autem generum una est conditio, quod debe-
ant esse publica & communia utraq; reirà: de premijs siquidem
privata.

privatorum inter se, aut bonis dividendis eorum, alterum genus justitiae curam suscipit.

42. Iussum a. hoc distributivum esse Medium colligi hoc modo potest ex textu ipsius Arist. c. 5.

O. equum videtur esse Medium: sed iussum distributivum est aequum. Ergo & Medium.

43. Major patet quia aequum est Medium inter aequalia hoc est plus & minus: Minor quoq; à contrario ostenditur. quia injustitia est iniquum. Ergo iussum erit aequum. Contrariorum n. contraria sunt consequentia.

44. Quale autem Medium sit eodem c. monstrat philosophus vid. quod sit Medium secundum proportionem & similitudinem rationis.

45. Primò autem videtur Philosophus presupponere duo teste Don. Ac. 1. Quod omne aequum sit in duobus minimis; & aequum enim est ad aliquid. Ergo oportet esse saltem inter duo vid. illud, quod dicitur aequalis, & ad quod dicitur aequalis esse; quemadmodum simile dicitur simile alicui, & sic requirit falsum duo minima, & duos terminos.

47. Hinc inferre videtur Philosophus, vid. quod si aequum sit in duobus minimis, etiam iustitia erit in duobus minimis, & quod iussum est Medium, & est aequum, dicitur ad aliquid ex quibusdam.

47. Ex quo sequitur, quod iussum sit in 4. minimis, quia iussum est etiam relativum, & in quantum iussum, requirit duos terminos sicut aequum.

48. Iussum igitur erit Medium, aequum, & relativum: Cum sit Medium, ponetur, inter duo extrema scilicet iniqua, quorum unum est plus, alterum minus: qua v. est aequum, consistit in duobus, inter qua est relatio.

49. Quare ut est aequum consistit inter duo: ut vero est iussum, est ad aliquid, respicit n. personas.

B

5' Sie

50. Sic igitur est ad aliquid, & quibus hoc est ad personas, & in rebus, qua tribuuntur: hic ergo est in quatuor minimis.

51. Dicitur autem in quatuor minimis, quia iustitia, ut ostendit ibi Philosophus latius, est secundum similitudinem rationis, que ad minus in quatuor terminis minimis fieri solet.

52. His presuppositis Philosophus probat, quod iustum distributivum est medium aliqua similitudine rationum, ut colligit Don. Acc. in cap 3. de justo distributivo.

53. De objecto hujus virtutis supra diximus: in quo quamvis convenire videantur omnes, non tamen consentiunt, quenam sit illa dignitas, secundum quam fieri debet distributio, an honorum, an pecuniarum, & aliorum, que dividi inter cives possunt.

54. Sic quidam libertatem dicunt, ut populares: opulentiam, ut potentes: virtutem, ut optimates.

55. Quicquid sit, ex ijs habemus quod iustum distributivum est Medium secundum aliquam proportionalitatem & similitudinem rationis: scilicet in rebus ubi est equalitas eorum, que distribuuntur, & quibus distribuuntur hoc est persona quibus fit distributio.

56. Dictum ergo hactenus, in qua similitudine hoc consistat proportio, videlicet rationis: porro ostendit philosophus qualis sit illa similitudo, afferendo duo.

57. 1. Quod similitudo rationis consistit non solum in numero simpliciter, & absolute accepto, sed 2. etiam in numero rerum numeratarum.

58. Ad hoc a. propositum Notandum, Numerum, Subsidiarium 1. qui secundum quodam dicitur numerans, qui est anima rationalis, referente Acc.

59. Sed hoc omisso, alium dicimus formalem, alium Materiale cum eodem.

60. For

60. Formalis est abstractus ab omni materia secundum rationem suam, qui dicitur constare ex unitaribus absolutis, nec applicatis alicui rei, & dicitur simulatio, congregatio, seu compositione unitatum, designante Platone, talis est, circa quem versatur arithmeticus.

61. Considerat autem Arithmeticus numerum, ut numerus est absolute, & non etiam ut est in talibus ac talibus rebus, sed abstractum, & secundum suam rationem formalem.

62. Materialis autem numerus est, qui numeratur, quamvis per hunc etiam numeramus, sed non formaliter tantum ut in primo, sed est hic numerus concretus cum rebus.

63. Verum cum similitudo rationum consistat in utrisque etiam primò & principaliter consistit in numero abstracto: secundario in rebus numeratis.

64. Et hoc ex ordine naturae respectu autem nostri contrario modo se habet.

65. Philosophus igitur attulit illud presuppositum, quod non solum in numeris est similitudo rationum absolute: sed etiam in rebus numeratis, quibus scilicet personis, & ea quae, scilicet res.

66. Hec similitudo quomodo fiat vide sis ipsum textum Arist. & Acc. c. 3. Deinde ostendit eam esse Geometricam proportionem.

67. Proportio autem quid sit, videlicet, trium, aut quatuor, aut etiam plurium quantitatum id est magnitudinum aut numerorum certa quedam ad se invicem affectio, ex Joann. Mag. & alijs repetimus.

68. Est autem triplex, Musica, Geometrica, Arithmetica.

69. Prima nihil ad nos: duo posteriores sunt hujus loci propriæ.

70. Analogia Geometrica est quatuor vel plurimum

numerorum similitudo secundum certam quandam rationem,
qua erga se mutuo sunt affecti, exempla ubiqꝫ obvia per Mag.
Acc. Philosopbum ipsum, & a. n.

71. Hac vel dupla vel tripla ibidem.

72. Analogia Arithmetica est, quando tres aut plures
numeri paribus intervallis à se mutuo distant.

73. Ad Geometricā revertamur, in qua quēadmodū ratio
habetur similitudinis terminorum secundū qualitatem, qua ei ꝑ^z
se mutuo sunt affectis: eodem modo justitia hac distributiva per-
sonas inter se confert, & ex similitudine, quam inter se habent di-
stributionem metitur vid, a. n. p. 222.

74. In distributiva ergo justitiā-observando est personar-
um & rerum distribuendarum comparatio.

75. Qua proportio est necessaria observanda, quia ci-
vitas ex varijs honorum generibus est composita: cum ergo
non sit eorum eadem dignitas, justitiae distributive munus est
ita distribuenda partiri, ut aqualia aequalibus, in aequalibus ine-
qualia tribuat.

76. Est autem hic distributio vel separatim, vel coniun-
ctim de quo videses auth. p. 225. & seqq. nos pergemus declarare
differentiam Geometrica & Arithmetica proportionis.

Diffrā.
Proport.
Geomet.
& Arith.
77. Differunt autem 3. modis. 1. Proportio Arithme-
tica consideratur ratione quantitatis, secundum aequalitatem inter-
vallorum & distantiarum: Proportio autem Geometrica con-
sideratur ratione qualitatis, secundum similitudinem affectio-
nis & rationis, qua erga se sunt affecta.

78. 2. In proportione Arithmetica fieri potest progressio
in infinitum: Ly infinitum capiendo per appositionem unitatum
in infinitum, limitante Beda ax Phil. l. N. p. m. 148. Geome-
trica autem proportio consistit inter certos terminos, qui inter
se mutuo conferuntur.

79. Arith. proportio semper babet similes excessus: In
Geo-

Geometrica non semper sunt similes excessus, & praeterea non sunt
aequalia inter villa.

80. Proportionum etiam alia sunt divisiones in conti-
nuam & disiectam.

81. Continua, in qua actu quidem solum tres termini
ponuntur: potestate vero sunt quatuor, quia, unus t. bis est su-
mendus.

82. Disiecta proportio dicitur, in qua actu sunt &
ponuntur 4. termini.

83. Deniq; proportionum divisio alia est Directa, que est
Geometrica proportio, in qua 1. terminus cum secundo, & 3.
cum quarto directe comparatur.

84. Alia Permutata, qua 1. t. cum 3. & 2. cum 4. con-
mutatur.

85. Aristoteles hos terminos Dialeticorum more ante-
cedens & consequens, item totum & partem appellare soli-
tus vid. Mag.

86. In definitione autem justitiae hujus supra allata cum-
fiat mentio dignitatis personarum, & rerum, hic ergo dicendum
venit quid sint.

87. Dignitas personarum Aristoteli dicenda veniunt
merita personarum, ut nimis uniuersitatem tantum tribuatur, quan-
sum meretur.

88. Dignitas rerum & egyptiarum, pretium seu valor re-
rum, que distribuantur aut commutantur: ea n. debent inter se
mutuo respondere, uti dictum.

89. Ex his satis fieri potest questionibus, quo pacto digni-
tas soleat estimari; Item justitia distributiva unde estimanda
& cognoscenda, de quibus ad abundantiam vid. Mag. c. 3.

90. Nunc ad aliam hujus justitiae particularis, specie-
progressuri, commutativam declarabimus.

91. Circa hanc autem philosophus c. 5. & 6. questionem

2. Præmittit an sit diversa species à justitiâ distributiva, monstrando quid ad illam pertineat, ut ostendat, quid inter se inter correctivam & distributivam: deinde quid pertineat ad illam correctivam, ex quo etiam patet utriusq; differentia.

92. Differunt autem i. Objecto: quia illa fuit occupata in distributione dignitatum & præriorum; hec in correctione commerciorum,

93. 2. Medio: ibi Geometrica, hic Arithmetica àvalencia opus est: siquidem hic personarum qualitas non respicitur ut ibi, sed quantitas damni & lucri, ut postea deducemus suos.

94. Est a. Justitia commutativa justitia Particularis in contractibus, & rerum commutatione nullo habito personarum respectu, eam servans equalitatem, ut suum quisq; consequatur, & nulla pars defraudetur. a. n. p. 224.

95. Hanc ut suprà ex Aristotele repetivimus nominat i. συναλλαγὴ, cuius multiplex notio è re nostra meliore ut esset, à Dg. Giph. in c. 2. l. 5 congesta d. l. conficienda fusè.

96. Nos breviter: est n. à ταξιδίῳ à περμοτάσσει, ex quo συναλλαγὴ res cum aliquo contrahere: ICTI significanter Contractus exprimunt, quo tamen nunquam vocabulo Ciceronem usum idem testis est ibid.

97. Aristoteles autem latius videtur sumere συναλλαγὴν vocem, cum c. 5. ad delicta & scelera etiam extendat. Et JCTI eò videntur contractus vocabulum interdum porrigitur teste ICTO Giph. nam & contrahere fraudes & delectum dicere perhibentur.

98. Hac autem materia est duplex: συναλλαγὴ enim alia sunt Voluntaria, quorum principium est voluntarium, & in nostra potestate: Alia non voluntaria contrario modo sese habentia.

99. Posterioris genus est bipartitum, est enim vel clandestini-

destinum vel vi factum vid. hac persequentem latius O. G.

100. Correctiva etiam hac, διορθώσις ab Aristotele dicitur, quod rerum mutationem ita corrigat, ut nulla pars injuriam sibi fieri afferat.

101. Ab officio judicis ita dicta, ad quem decurritur cum injusta permutatio facta est, qui seposita personarum dignitate, ita res inter se comparat, ut omnis inaequalitas corrigitur & ad aequalitatem ridigatur Arist. c. 7. D. Acc. in cap. 4. l. 5. a. n. p. 224.

102. Judex ergo Medium ipsum q. est; unde etiam jus animatum dicitur δικησον ἐμψυχει Phil. c. 7.

103. Nam apud Grecos dinariae à dixa deduci vide-
tur verso χ in η cognatam: q. duatim & divisim, διχων id est bipartitum; & judex διγένες q. διχασης h.e. bipartitor dicitur Arist. c. 7.

104. Medium hujus virtutis h.e. jus seu justum con-
sistit inter damnum & lucrum, ut inter plus & minus.

105. Hinc patet quod justum correctivum est medium inter plus & minus lucrum & damnum secundum propor-
tionem arithmeticam sua natura id est secundum suam naturam, tati-
puta quando fit contra naturam non est recte judex, nec propriè
appellantus judex.

106. Ut autem Medium hoc justitia Correctiva, quod est inter plus & minus secundum similitudinem arithmeticam inveniatur, tenendus est Modus & Medium accurate, an-
nuente a. n. p. 226.

107. Modus consistit in rerum inter se collatione, ut quantum una alteram dignitate, vel pretio superat, aut ab altera superatur, tantum in defectu vel excessu compensetur, exemplis non obscuris demonstrante a. n. p. d. Philosopho declarante alia-
tis lineis, quarum exemplo istud medium innescere possit
c. cit.

108. Est

III.
De Me-
dio ju-
stitiae
commu-

108. Est autem hoc etiam in alijs artibus, ait Philosophus; quibus innuit quod b. p. sumitur circa res diversarum artium scilicet secundum proportionalitatem & similitudinem arithmeticam in rebus.

109. Etenim si b. p. medium non inveniretur diversarum artium, tum destruerentur ipse artes: alia enim alia prestantior est. & opus praelarius facit, quod si inter opera non fieret adequatio, deficerent profectio artes, ut dictum! quia praelarius artifex nollet permutare suum opus praelarius cum alterius artificis opere viliore, nisi agens b. e. ille qui habet opus, quo alius indiget, ageret quantum & quale: Patiens id est ille qui indiget, tale opere pateretur b. e. susciperet tantum & tale, declarante D. Acciajolo in Eth. Arist. l. 5.

110. Media autem quibus rerum pretia estimantur & pendunt, vel sunt à natura vel ab instituto.

111. Natura sunt pluris estimanda, quorum major est usus G. Don. p. 227.

112. Et hac prima erat mercature instituenda occasio: cum in diversis locis homines viverent, nec singula ad vitam necessaria in singulis gignerentur, commercia suu*n* instituta duce Natura, quo poeta alludes i. Georg. carmine eleganti, expressit.

Hic segetes, illuc veniunt felicius uva. Etc.

113. Et talis erat ab initio rerum permutatio, antequam pecunia usus inveniretur.

114. Ab instituto res pecuniarum mensura nummo estimantur.

115. At quia oportet, dicente Philosopho c. 8. ut sit quodam prius, unus, quo cuncta mensurentur, videndum quodnam illud sit, quod omnia continet.

116. Est autem id Indigentia i. xxi. t. Arist. c. 8. quasi non esset, non esset quoq; ulla permutatio.

117. Indigentia tum ioco ex pacto q. substituitur numerus
unde etiam numisma appellatur, eò quod non natura sed rōpus
id est instituto & lege constet, que verba ipsius Philosophi sunt c. 8.

118. Nunc de jure Talionis, quia affinis materia est
justitiae commutativa (cui tantum, postea:) breviter est
agendum.

119. Querit autem Philosophus initio c. 9. an retaliatio re circa
et àlternos absolutè & simpliciter jus ipsum sit, ut putabant Medium
Pythagorici, definientes jus esse absolutè retaliationem id est ju- justitiae.
stum simpliciter nil altud esse quam è contra passionem. & adeò
credebat hoc, ut dicerent justum Rhadamantinon esse nisi tale,
accommodantes Hesiodi carmen, quod exstat apud Philosophum.

120. Hanc autem Retaliationis sententiam Pythagori-
cam reprobat Philosophus his verbis: Verum, inquit, retalia-
tio neq; ad distributivum jus neq; ad emendationem ac-
commodatur, intellige eò modo, quo illi ponunt, ut rectè limi-
tat Donatus Acci. m. p. 383.

121. Non tamen repugnat justo, è contrapassionem in a-
liqua parte justitia commutativa locum habere, sed tamen non
simpliciter secundum aquilatatem, ut Pythagorici putabant, sed
secundum similitudinem rationis, ut dedit Arist. d. l.

122. Hac enim civitas conservatur, cum sit retributio
& repensio secundum similitudinem rationis, ut si quis intule-
rit malum, reportet secundū similitudinem rationis malū à lege:
si bonum, etiam reportet bonum & gratiam.

123. Unde & templum Gratiarum in civitatibus con-
dere solent, ad quod respicientes meminerunt gratiarum, & re-
ferunt gratias benemeritis, & repensationem invicem pro bene-
ficijs, ut & ille rursus & conferre beneficia incipiat, & iterum
reportare Arist. c. 8. Acc. interp. p. 385.

124. Ad jus ergo tam commutativum, quam distributi-
vum referri potest, quod non obscurè colligi potest ex ipso Phil. t.

Justi-

C

125. *Jusitie commutativae opponitur injustitia commutativa.* de qua satis author p. 230. Philosophus c. 9.

126. Effectum justitiae sequitur, quod est J U S in mutuo. De jure & societatis usu hominibus certa prescribens G. D. p. 231. de- & ejus scriptio[n]em Philosophi vid, c. 10.

adjuncto. 127. Est autem J U S aliud propriè dictum, aliud im- propriè, seu secundum quid, teste Philosopho d. l. Aliud item jus civile: quod est vel/naturale, vel legitimū,

128. Prius declarat Philosophus, tātū dicendo, jus propriè dictum esse inter liberos & aequales. vid. d. l.

129. Ergò, quod infamiliari societate est inter patrem scilicet & filium, dominum & servum, virum & uxorem non est justum simpliciter, sed quoddam justum, quod per similitudinem tantum & secundum quid jus dicitur.

130. Quomodo hoc probet Philosophus, cum prolixior sit in eo, nostri verò propositio[n] non sit h[ic]c diu immorari, sed breviter tantum attingere, ad ipsum Philosophum lectorum relegamus.

131. *Jus naturale* est; quod ubi[que] eandem vim habet, & non quia vel ita videtur, vel minime; Arist. d. l.

132. Legitimum rēcipiō est, quod à principio utrum hoc an illo modo fiat, nihil resert: ubi verò fuerit institutum, resert id. Hoc à I C T I S civile jus appellatur.

133. Hoc est & Oeconomicum, communio scilicet & societas vita eorum, qui eiusdem sunt domus, instituta ad generis propagationem, & familiæ ad domesticorum societatem.

134. Vel patrium, quod inter parentes & liberos co- litur.

135. Vel Herile, puod inter dominum & servum.

136. Vel Matrimoniale, quod conjuges matrimonio juncticolunt.

137. *Juri oppositum* est injuria, à dīnηρο, que est juris violan-

violatio, cum à sciente ac volente, invite alicui prater meritum
damnum infertur.

138. Quia autem non omnis qui facit injuriam est injus-
tus, videndum est preeunte Philosopho, quanam sunt injurie,
ex quibus homo, injustus datur c. 10.

140. Ex quibus autem injuria proficit, vel sunt Involunta-
ria vel Voluntaria.

141. Hac triplex est, vel enim 1. ex ignorantia proficitur,
quando quiescit circumstantias, persona, loci, aut temporis
ignoravit; qua etiam duobus modis sit.

142. 1. Vel $\tau\alpha\gamma\alpha\lambda\omega\gamma\omega$ id est inopinato, prater agentis
propositum, & $\alpha\tau\omega\chi\nu\gamma\omega$ nominatur vid. a. n. p. 240.

143. 2. Vel non prater opinionem omnino, sed tamen abs
malitia, $\alpha\pi\alpha\gamma\mu\gamma\omega$ dicta ibid.

144. 2. Ex perturbatione aliqua, ut ex ira, metu, &
timore.

145. 3. Ex malitia de industria, & secundum conditi-
ones in definitione suprà positas; & hec propriè injuria dicitur.

146. Involuntaria duplices sunt generis: Alia enim
sunt Venialia, eò, quod errore quodam contra nostram volun-
tatem acciderint: Alia non venialia, eò, quod ex affectu nec
naturali, nec homine libero digna, proficiantur, qualia illa, que
ab ebrijs & invidis perpetrantur.

147. De adjuncto juris legitimi restant ultimò dicenda VI.
h.e. \mathbb{E} quitate & bujus annexis.

148. Est verò \mathbb{E} quitas correctio juris legitimi, qua de-tate item
sicere propter generalitatem legis in aliquo particulari, cui opus est $\alpha\pi\pi\omega$ &
indefinita regula, & decretis videtur: sicut videtur esse plumbea bono ho-
ruinq; cō
quedam regula in Lesbo. vid. Philos. c. 14. trarijs.

149. Dicto hoc loco Philosophus de \mathbb{E} quitate & bonitate
agit & quonam pacto bonum & equum se habet ad justum: vi-
deatur enim esse justum quoddam. Quare ad eundem pertinet
considerare de bono & $\alpha\pi\pi\omega$, ad quem pertinent considerare de ju-
sto.

150. Dubitari autem cum possit, an sit bonum & equum
Quia videtur esse vel bonum vel malum: si bonum, est idem, si
malum hoc omnino non pertinet) dicit, quomodo se habeat ad
iustitiam, scilicet, quod idem sit cum justo, alias alterum eorum
non esset studiosum, & dignum laude. At hoc esset absurdum
afferere de equo & bono. Ergo.

151. Absurdum enim esset dicere, quod justum non sit stu-
diosum & dignum laude, & sic etiam de equo & bono. Quare
utraq. erunt studiosa, & digna laude, & idem.

152. Bonum ergo & equum est cuiusdam justi correctio-
num, atq. ex eo melius quoddam justo, non tamē propterea gene-
re diversum, ut equus & homo.

153. Sunt ergo idem, non tamen simpliciter, sed aliquo modo.
Equita- 154. Causam reddit Aristoteles cur bonū & aquū sit emen-
tis orige. datio legis, ut in definitione dictum: Lex enim universaliter
fertur, & evenit interdum aliquid quod non fuit dictum à
legis-latore ob naturam rerum agendarum, que non est perma-
nens, sed variatur: derogatur enim generi per speciem ut ha-
bet Regula I C T O R I U M & Theologorum.

155. Ubi ergo Lex deficit & omittit, indiget emendatio-
ne & correctione seu supplemento. v.g. si lex panam capitis po-
nat si quis peregrinus muros civitatis ascenderit, venerunt
hostes ad oppugnandam urbem. ascenderit peregrinus, & tutatus
est civitatem.

156. Lex illa, et si non sit mala, tamen in eo casu, cui non
providit quia est universaliter probata, non videtur esse servan-
da: alioquin videatur adversari iuri naturali, quod jubet ut be-
ne facienti gratia habeatur.

157. Quare oportet, ut aliquando legitimum justum e-
mergetur. Nam si adesset legum laton idem diceret, & sentiret ta-
lem non esse puniendum.

158. Extrema Äquitatis sunt in ang. Bodin acer summum
seu

seu strictum jus, seu stricta juris legitimi sine ulla commode interpretatione explicatio secundum teq[ue]ntor, non autem sensum legis, aut mentem & voluntatem legumlatoris respiciens.

159. De quo D. Aug. fertur dixisse libro de vera relig. Nimirum justitia incurrit peccatum, temperata justitia facit perfectos. Salutinem correctionis amor Christi temperet, & dilectionem proximi ab justitia condiat.

160. Aliud quod videtur extrellum in defectu est Europa Pavilia I C T I S calumnia dicta, que est callida & malitiosa juris interpretatio fraudandi gratia instituta, ex jure scripto seu lege faciens injuriam. vid. aut. n. p. exempla afferentem.

161. Quarenti autem ex quoniam principio hoc faciat Legislator seu vir bonus & æquus, satis faciet Don. Acc. in §. lib. Arist. e. 16. notans idem hic evenire, quod in speculativis scientijs, habentibus suos terminos & principia, que non debent probari à sciente illo, probantur tamen ab artifice superioris scientiae, eodem modo, inquit, sit in virtutibus, & in bac justitia ipsa.

162. Justitia enim legitima procedit ex principijs suis, & videtur ea presupponere, tanquam nota & probata.

162. Sunt autem ea, que jure naturali continentur, in quibus fundantur leges & instituta, quia sunt talia, ut cognitis eorum terminis, & quid ipsa significant, sine probatione unicuique sua mentis facile assentirentur.

164. Tantum de justitia & juris materia juridisputatorios satisfecisse putamus! qui plura velit adeat plausra & voluntaria integra I C T O R U M.

QUESTIO I.

An justitia sit considerationis Ethicæ; an jurisprudentiæ?

Homo inquit Picc. gr. 6. c. 1. quasi celestis avis, in terris collocatus, in celumq[ue] evolaturus: ob varios gradus, per quos ascendere tenetur; minus & magis sublimes, varijs q[uod] pennis de-

C 3

caro

currendis gradibus congruenter respondentibus muniri debet, ut felicissime cursum absolvere scopumq; sibi propositum attingere valeat. Hujusmodi salutares penne nil aliud sunt, nisi virtutes: que quò fuerint eminentiores, eò ad sublimiora nos elevant. Non ergò è censu nostro hanc virtutem que oñagin est, eripi nobis volumus non tamen hic fugillare volumus ICLOS, quasi tot volumina de justitia edenies, frustrà, vel à Jurisprudentia subjecto aliena scripserint. Negò ita tamen quissimam banc putet soli Jurisprudentiae adeò propriam, ut nullo respectu, ne quidem ratione rei considerata, qua nulli propria, sed multe communis est, licet huic vel illi, hoc modo considerandi propria sit. Qua distinctione multa Sophismata refelli possunt! Plura de hac in conflictu.

QUESTIO II.

An justitia sit Virtus moralis?

Virtutem esse constat, quia quod est officium virtutis per agit, perficiendo scilicet propriā & insitā perfectione opus, seu bonum specialiter, ut nimisrum dicatur hoc opus, b. e. vel temperans, vel justum &c. Moralis etiam est, quia hujus habitus per modum, consuetudinem & doctrinam, ut reliquarum omnium virtutum habitus, acquiritur.

Obiectis 1. à proprio vel natura habituum intellect. Justitia est circa res exteriores a nobis factibiles: sed habitus circa factibia est ars, non prudentia, cui ascribitur à Philosopho justitia. Ergo.

2. Ab objecto: Virtutes omnes versantur circa passiones: dicente Philosopho de Moribus 2. l. At bac circa operaciones. Ergo.

R. ad 1. syll. Maj. limitando: licet enim justitia versetur circa res exteriores secundariò & consequenter, tamen idcirco & principaliter circa usum earum versantur. Ioh. Vers. in com. sup. Arist. l. 5.

ad

Ad 2. R. Omnes virtes reliqua versantur circa passiones primò: Hac verò justitia primò circa actiones & operationes tanquam materiam propriam id.

QUÆSTIO III.

An justitia prior jure, an contra?

Quamvis pomum egidio & bello plena hec semper quæstio habita fuit, nobis tamen breviter excutienda non nocebit. Quæstionis a. potest esse triplex sensus. 1. Aut intelligitur de rebus ipsis, que per voces significantur. 2. aut intelligitur de ipsis vobis. 3. Aut derivatione & appellatione nominis b. e. an res illa, que dicitur Jus, eam appellationem à justitia, an contrà habeat. Si primum sensum spectes, jus, res est à re justitia, sicut à fine, & vicissim justitia est à jure, tanquam causa efficiens; jus enim Medium est, quo justitiam consequimur. Quod si jus non pro medio accipias, sed pro justo, quod à justitia habitu tribuetur, justitia erit causa efficiens, jus effectum in specie. Si secundum sensum, vox justitia à jure generata, non è contra. A voce jus vox iustus, ab hac, vox iustitia. Si 3. spectes; velut si queratur, que sit ratio, quod res hæc juris nominè sit insignita? ratio hujus appellationis ex origine vocis est reddenda, & dicendum juris appellationem à jubendo potius, quam à justitia contractum esse, que notatio à forma est, iubere enim honestum, forma juris est. Gocl. l. 1. log. cap. 21. Urs. q. ill. Ph. disp. 8. p. 120. vid. etiam de hancq. Gieph. in argumento l. s. Art.

QUÆSTIO IV.

*An Justitia in Universalem & part. dividi queat & Num.
sit Vera divisio?*

*Ira censemus cum philosopho 1. Quia homonyma hujus possunt dividii: Equivocum n. potest dividii in sua significata. 2. A contrario concreto: Vocabulum n. concretum injusti est homonymon ergo & justi: quia si unum contrariorum est equivocum
E. &*

E. & alterum. Quod si justus & injustus. E. & justitia & injus-
titia. Mag. 1. 428. divisionis.

Obijcis contra divisionem à proprio adjuncto.

Cujus unum membrum includit alterum non est vera divi-
sio: At hoc sit in hac divisione. Erph.

Reſp. Propositio vera est in essentialibus, non integralibus 2.
non continetur in eodem unum membrum ut uno, eodemq; modo,
sed diverso. pluribus in disputatione ipsa agemus.

T P A T H M A T A .

1. An Iuliana justitiae definitio sit vera & Logica? A.
2. An plures justitiae particularis species quam dux? N.
contra Mocenicum.
3. Volenti an fiat injuria? N.
4. An Martyres sancti patiendo, & Christus ipse ac-
ceperint injuriam? N.
5. An intellectuales Virtutes sint considerationis Ethicæ? A.
6. An animæ rationalis immortalitas possit ex princi-
pijs philosophicis probari? Aff. cum Scal.
7. An omne quod inest meliori & nobiliōri sit magis
eligendum? Verum est secundum quid?
8. An omnis substantia sit dignior accidente? Dist.
9. An nulla potentia ad præteritum? Dist.
10. An plura requirantur ad existentiam, quam essen-
tiam? Videb.
11. An bonitas sit perfectio actus? Verum est de bō-
nitate morali, non essentiali, nec relata.
12. An potentiarum distinctio tantum ab objecto &
actu penda?

25 26



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/pnn729140806/phys_0027](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn729140806/phys_0027)

DFG

seu strictum jus, seu stricta juris legitimi suorum interpretatione explicatio secundum legem, non legis, aut mentem & voluntatem legislatoris

159. De quo D. Aug. fertur dixisse libro mia justitia incurrit peccatum, temperata iustitiam salutinem correctionis amor Christi tempore proximi ab iustitia conditam.

160. Aliud quod videtur extremum in Qavilla I C T I S calumnia dicta, que est callidaris interpretatio fraudandi gratia instituta, ex lege faciens injuriam, vid. aut. n. p. exempla.

161. Quarenti autem ex quoniam principiis legislator seu vir bonus & aequus, satisficiens lib. Arist. e. 16. notans idem hic evenire, quod scientiis, habentibus suos terminos & principia probari a sciente illo, probantur tamen ab artificiis, eodem modo, inquit, si in virtutibus, & in utilitatibus.

162. Justitia enim legitima procedit ex videtur ea presupponere, tanquam nota & praeceptum.

162. Sunt autem ea, que jure naturae quibus fundantur leges & instituta, quia sunt eorum terminis, & quid ipsa significant, sine cuiusque sue mentis facile assentirentur.

164. Tantum de iustitiae & juris materia nos satisfecisse putamus! qui plura velut adeat mina integra I C T O R U M.

QUÆSTIÖ I.

An iustitia sit considerationis Ethicæ; an ius

Homo inquit Pisc. gr. 6. c. 1. quasi caelestis. locatus, in calumq[ue] evolaturus: ob varios genitum, et magis sublimes, et

C 3

